



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 46.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Nam Elias dicitur אֱלִיָּהוּ Deus meus אֱלֹהִים vt, maior inter ea fit affinitas; quam inter Elohi & Elia. Verum milites nugando, & excipiendo verba per risum ist. dicerent, contenti quamuis similitudinem adferre, Nulla igitur firma ratio adfertur: Nam si Syro textui credimus, ille habet אֱלִיָּהוּ tam apud Marcum, quam Mattheum. Sed sensum non verba refert Sy- ras. Sed vtrum tandem dixit: Vt magis constet veri- tatem veriusq; Euangelista, puto vtrumq; dixisse, primo Elia, & in cruciatu, vt solet, cum vellet angorem ostendere, etiam Syriacè, & sic pfectissime sententiam, quam Euangelista annuntiant. In patheticis autem frequens est repetitio, vt Christus in hortu orabat. Abba pater. Quod si quispiam dicat, secundo repe- titu, vt a Syris intelligeretur, & cognoscerent, Deum & immolari, haudquaquam a scopo aberrat.

53. Voxilla non modo magnum erat miraculum
magnum, & sua, se voluntate tantos cruciatus succe-
pisse demonstrantis: verum etiam ex Prophetis con-
stanter hac ad Christum pertinere. Nam & hunc Psal-
mum ad Messiam pertinere constans erat traditio lu-
dicorum, & titulus indicat. Nam Gerbardus de
miserantate duo annorum milia Iudeos docuisse,
Messiam in flagellis, & pœnis constitutum hunc Psal-
mum caniturum esse. Et Ioan. 19. 24. citat, & Pau-
lus Heb. 2. ii. profert de Christo verbum duodecimū.
Videat Tertullianus adversus Iudeos c. 10. Epiph.
heresi. 96. & inter Iudeos R. Salomon. Cum igitur
nonnullas fit Psalmus, & Messia proprius, facile vi-
detur, quod, omnia illa in Christum convenire, que an-
te Prophetæ locuti erant, adeo ut oraret illis ipsis ver-
bis, quæ illis de vaticinati sunt. Terulli. adversus Iu-
deos c. 10. Alioquin Christus, qui dolum de ore suo lu-
crum nõ
cit, quænam in ipsam & humilitatem exhibuit, & ut su-
pra dicto prædium memori animus, non pro meritis suis in id ge-
nus meriti expostus esset: sed ut & que prædicta sunt à Prophetis,
per te videretur impleretur, sicut in Psalmis & scissis ritus
Christi manebat, dicens: Retribue aut mihi mala pro bonis;
& Quoniam rapui, tunc exfoluebat Exterminaverunt manus
meas & pedes: & Miserunt in potum meum fel, & in siti mea
potum meum aceto. & Super vestem meam miserunt sortem:
In statera que in illum commisit, si effecit, prædicta sunt. Que
quædam omnia si per se ipsos, non pro actu suo aliquo malo præ-
dicta sunt, sed si scripta essent impleretur de ore Prophetarum. Et v-
ti, sacramentum passionis ipsius figurari in prædicationibus
typis est: quod, ut credibile, tanto magis scandalum futu-
rum, finalis prædicti: quæ quod, magnifici tanto magis
dignum, unde, videt, si intellectus orationem Dei quæret

34. Verba igitur illa proculat, ut scripturam im-
piter, patrem honoraret, non persona tantummodo
bonorum suorum, sed etiam propria. Se enim se-
cundum humanitatem auxilio patris egere nouerat.
Chrysostomus. Δια τὸ καὶ ἡ τὸ φέρειται,
καὶ μακάριον ὅτι ἐστιν (καὶ) αὐτοῦ τὸ ἐπιποιεῖ, καὶ ζωνοῦται
ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ λέγει, καὶ ἡ ἐκκλησία ἀναχθῆναι.
καὶ τὸ ἐξ ἐκείνης ἀναστῆναι ἰδοὺς ὅτι τὸν πατέρα τι-
μᾷ, καὶ ἐκεῖνος αὐτὸς (καὶ) διὸ καὶ πρὸς Φίλημον τινα ἀφῆκε
καὶ τὸν μετὰ τὸν αὐτὸν μαρτυροῦν τὴν παλαιὰ καὶ ἐκ
αὐτοῦ πρὸς Φίλημον, ἀλλὰ καὶ ἐβραῖον Φαρισαῖον, ὡς ἐκ τοῦ
πρῶτου γινώσκου καὶ καρπὸν δόξης. Propterea in fine clamat
pater, ut intelligeret adhuc ipsum viuere, et ab eole-
nitas factas fuisse, ut meliores hac ratione fierent: Dicit enim.
Eli Eli, lammasabbabehani: verget, ad extremum spiri-
tum honorari ab eo patrem, et non esse illi aduersarium discite-
re. Quapropter et Prophetica vocem emisit, veterem ap-
prorand scripti ani, et Hebraice dixit.

Ὁμινεν enim ostendere voluit. Theophyl. τὸ
 δευταμι ἐγκατέλειπες, εἶπεν ὡς αὐ δεῖξῃ ὅτι ἄνθρω-
 πῶ αλλοῦως ἐγενετο, καὶ κατ' Φαιτωσίαν. καὶ γὰρ αἰρω-
 πος φυσικῇ ὁρεσθῖν ἐκ τῆς ζωῆς, φιλοζωῶν. ὥσπερ

ἐν ἡγανάσει καὶ ῥηδίμοις ποτὶς ὁ σπυρὶς, θεικνύων τὴν ἐκ
 Φύσεως ποτὶς εἶσαι ἡμῶν δειλίαν, ἔτω καὶ οὖν Φοῖνι. ἵνα τί
 με ἐγκατελείπεις; ἐμφαίνων τὴν Φησιχὴν Φιλοζωίαν. καὶ
 ῥῶδοντας ἀνθρώποις, καὶ ἡμῶν τὰ πάντα ὁμοίως, χωρὶς
 ἀμαρτίας. τίνες δὲ ἔτω ἔστω ὁποῖα, ὅτι τοῦ τῶν Ἰδαίων
 ποτὶς ἀποπλάγμεναι οὐ σωτὴρ, Φοῖνι. ἵνα τί ἐγκατε-
 λείπεις τὸ Ἰδαίων λαόν; ποτὴρ, ἵνα πληκαίῃσι ἀ-
 μαρτίας ποιήσῃ, καὶ ἀπωλεία ὡς ἀποδοῖ. ὥς ῥῶς Ἰδαί-
 ων γένονται ὁ ῥαίσις, ποτὶς ἐγκατελείπεις με Φησι, ἀντί-
 τὴν ἐμὴν συγγένειαν, τὸ ἐμὸν λαόν ἵνα τὰ Φησι ὡς τοι-
 σὶν τοὺς καλὸν καὶ εὖ εὖ ποιῶσι. Illud vero, vt quid dereliquisti
 dixit, vt vere se hominem esse ostenderet, & non secundum ima-
 ginationē, homo enim naturalem habet viuendi cupiditatem,
 vti a magis. Quendam modum ergo in agone posuit, & contristatus
 est animi crucem, demonstrans eum, qui ex natura est melius, ita
 & nunc dicit, vt quid dereliquisti me. Naturalem vitam nostram
 amorem peccato: nam reuer a homo erat, & nobis per omnia
 similitudo absque peccato. Quidam sic intelligunt, quod Iudaeum
 accepta persona saluator dixerit, vt quid dereliquisti Iudaeum
 populum dicit pater, vt tantum peccatum committeret, & exitio
 traderetur. Tamen enim ex Iudaeis oriundus Christus, dixit:
 vt quid dereliquisti me, pro eo, vt diceret, melius progeniem, meum
 populum, vt quid permisi te contra se tantum malum fore: et

QVÆSTIO II.

*An Christus desperarit, aut damnatorum tu-
lerit tormenta?*

§. i. **S**Vpra de horrendâ Calvinianorum blasphemiâ disputati, illi nunc his verbis Christi prolatis impudentius contra Salvatorem insurgunt.

Intolerabilis visa est Arianorū blasphemia, qui ex
his verbis concludebant; Christum nō Deū, sed parū
hominē fuisse, vt est apud Athanas. Orat. 1. 2. 3. 4. contra
Arianos. Sic Nazianz. Orat. 4. de Theol. Cyrillus.
l. de fide August. in Ps. 21. Leo, respondēt Arianis. Quā
sententia si sequilibet, facile Caluinianis responde-
bimus. *Hominum illas esse querelas à Christo in eorū persona* *Patrum in-*
prolatas. Athanasius tamen dialog. 4. de Trinit. Cyrill.
l. 10. Thefaur. aliam solutionē adferant. Christū loqui
more hominis. Humana natura à Deo derelicta fuit,
non vt damneretur, aut desperaret, aut quod homo
non esset Deus. Sed in tormentis derelicta hactenus,
vt nec diuinitas acerbiter eorū mitigaret, nec con-
solatione solūtū eum perfunderet, quā efficeretur, ne
tristitia tantas vires nō haberet. Sic & Tertull. aduers.
Praxeā. Quid vero sancti illi patres dixissent, si Calui-
num audissent, non modo diuinitatis Christi inficia-
torem, sed etiam innocentē illius negatorem?

§ 2. Calumnia ipsū audire op̄era pr̄cium est, et si aures horreant. *Quamquam*, inquit, apparuit plus quā hūmanus vigor in *Christi* clamore, certum tamen est vehementiā doloris illi fuisse expressū. Et certē hic pr̄cipuus fuit conflictus & omnibus alijs tormentis durior, quod in suis angustijs adoleuit nō est Patris auxilio, vel favore, v̄ se quodammodo alienum se ires. Neg. enim corpus olum in preiurij nostre cum Deo conuersionis obtulit, sed in amicitia perituli debitas nobis penas: atq; ita v̄ se factus est v̄s dolor, sicut iſias loquitur. Et v̄dē nū inuolusi sunt, qui h̄c redemptionis parte possidebāt, tantum in exte nō carnis supplicio inſiſtunt, nam v̄ pro nobis satisfā eret *Christus*, ream ad Dei tribunal sisti oportuit. Nihil autem magis horribile, quam dum ſentire iudicem, cuius irā mores omnes superat. Ergo dum ſpeciem ſententis *Christo* obiecta est, quā si Deo aduerso iſta est, exitus deuotus horror & correptus est, quo centies cuncti mortales fuissent absorpti, ipse autem mirifica Spiritus virtute v̄s elictus emerſit. Nec v̄dē ſicte vel theatrice conuerſetur, se p̄āter v̄sictum. Et quod nonnulli ex vulgari opinione sic locutum obteudunt, inſipidum est cauilum. Nam interius animi mœstitia, v̄ eō ardore suo eū cōiegit in lamorem erumpere, nec tantum ocularū ſuis redemptionis, quā deſunſus est. (v̄ nuper dixi) sed v̄ se vadē pro nobis obulerat.

Quam potius turpe sit existimare Christum paucis re-
bus damnationis ita conturbatum, & deiectum, ut in
voca illa desperationis erumperet, vel inde colligi
potest, q. ante Caluinum nemo id dicere ausus fuerit.
Quem etiam Pareus l. c. e. o. de iustificatione condi-
tiones meriti tres suas, & septem Bellarmini in Christi
merito reperiri censet. In sola Christi obedientia pro nobis
v. g. ad mortem crucis, & tres illa conditiones meriti propr. e. v.
v. g. ad mortem crucis, & septem ista communes reperitur, vti per se
liquet. Sola igitur Christi obedientia pro nobis v. g. ad mortem
crucis, est meritum verè & proprie dictum felicitatis aeterna.
Pater hoc vnum quocumq. ab hominibus queruntur aut sin-
gulari, felicitatis aeterna merita, mera sunt ex causa, quis-
cunque & sterora in iudicio Dei.

Quarta autem conditio est, ut sit opus liberum. At o-
pus illud tristitia infernalis, & errantis iudicii, quo à
Deo fingitur iudicasse se exhaereditum in fuisse, nec bo-
num opus est, nec ad Dei obsequium institutum, nec
propositionem à Deo habuit. Sanguini & morti Chri-
sti data est promissio non erroribus, aut terroribus in-
ferni. Accidit Pareus ne Christi quidem ad hoc, sine
hac conditionibus fuisse meritum.

1. Non sensit Deum à se alienum, ne sensu quidè
carnis. In Christo enim non erat sensus carnis à sensu
spiritus dissentiens. Non poterat secundum carnem
iudicare Deum à se alienatum, secundum spiritum vero e-
undem Deum sibi esse propitium. Nam si hoc intellectu
non iudicium format, Deus alienus est, exitio deuotus
suum. Non potuit integrum sibi constare iudicium fidei.
Hoc veto carnis iudicium si in Christo fuit, si non im-
pium, certe infirmum fuit, nam iam certissimo sciebat,
se Deo carum esse, in se non esse peccatum, sibi datū regnū
caeleste, hoc protēstatur erat Deus per Prophetas, &
ipsum presentē spiritus, hic est filius meus dilectus. Si igitur
iudicium iudicio carnis se deuotum exitio, aut ita tur-
batus est, ut nec sciret, quid ageret, aut falsam esse Dei
promissionem iudicauit, nec minus peccauit, q. Petrus,
ut q. septimum filium esse negavit. Sensus carnis in Chri-
sto d. fingi potest vel contra sensum vel iudicium spi-
ritus & fidei, ut Caluinus nominat. Ut nepe sint actus
ex motivatione appetitus sensitui, rationem praeuenien-
tis, & voluntatem inclinantis, hoc in Christo fuisse so-
lere fingi non potest. Non enim carnis eius aderat ma-
litia: non concupiscebatur aduersus spiritum. Vel sanè
intellegi potest inclinatio ad ea quae naturae comoda
sunt. Et D. Thom. quidè in 3. d. 17. q. 1. art. 2. Gabriel,
Marcellus, hos actus rationi cōcedunt. Capreol. Dur.
Mior negant. At longè differt actus ille, quē Caluin.
Christo attribuit; nepe qui contra fidem omnino de-
clinat; nempe perditū esse, quē fides docet electū esse.

2. Nihil potius absurdius, quam Christum poenas
pœnas nobis debitas pertulisse. Non debuit, non po-
tuit. Nō debuit, quia exiguā poenā satisfacere, p. mul-
tas delictis potuit. Non debuit, quia id q. facere de-
buit, fecit, non autem omnes poenas sustinuit. Multas
meriti sunt homines, omnia morborū, dolorū genera,
non tolerauit ea Dominus. Meriti radix & origo est,
caritas diffinīta ab amore beato, quicquid enim me-
ritum est, ex dilectione proficiscitur. Quas ergo poenas
lubens volens, ex caritate suscepit, illis meritis est: nō
autem opus erat omnes suscipere, vide D. Thom. q. 19.
art. 4. in 3. partem. Ferr. l. 3. contra gentes. Viguer. instit.
Theol. c. 20. Alenf. 3. q. 16. Dur. dist. 38. q. 2. Omnis
porro actus Christi, cum ratione dignitatis quē in per-
sonā diuinā relucebat, esset infiniti precij, etiam erat
infiniti meriti. Sed neq. potuit. Summa poenarum
est in damnatis, cognitio certissima miserimē aeterni-
tatis, & Dei decreti immutabilis; hoc n. in tormentis
grauissimum est, meliorum desperatio, etiam mortis.
Hanc expectari nō potuit. Tum quia errare nō potuit,
tum quia grauissimo se peccato cōstinxisset, de misse-
cordia Dei desperando, cuius certissimā promissio-

nem tenebat. Quod si ad omnes poenarum species
referre conatur, cur non ad poenarum intentionem,
durationem, ceteraque quae vel homines passi sunt,
vel in posterum patientur, siue in hoc seculo, siue in
futuro.

§. 6. Speciem obiectam ait Christo quasi exitio de-
uotus esset. Vtinam impię sententię virus tandē di-
ferte euolueret, nunc tenebras quatit. Obiecta est illi
species: Sed à quo? Non à Deo. Falsū n. specierum
& opinionū Deus auctor non est. Nec filium vnigeni-
tum falsis imaginibus terrere voluit. Grandius malū
per Caluinum hoc loco Satanas molitur. Si n. filium
suum ita Deus terrauit, turbauit, specie mendace se-
duxit, ut vocem desperationis emiserit: ut se alienum
à Deo, exitio deuotū putaret, nec modo putaret, verū
etiā ediceret, & spectantibus inimicis, atq. amicis pro-
nunciaret, quae spes astanti matri, discipulo, Magda-
lenae, si ille in quem crediderunt, in quo salutem suam
reposerunt, iam de sua dubitat, aut desperat? Quae
exultatio Pharisaeorū aut hostium circumstantiū, si il-
le, qui se venturum in iudicio, festurum ad dextrā pa-
tris minatus erat, iam mutata sententia se deuotū inferis
arbitratur? si vero illa species falsa, quae est vera? Non
est etiam obiecta illa species à dæmone. Venit n. prin-
ceps huius mundi, & in illo nō habuit quicquā. Quam
indignū filio, si demoni tantū in illum potestate fuis-
se dicamus, ut specie morienti objiceret, qua putaret,
se deuotum exitio: hominis perdiri & damnari cruci-
atus sustineret? h. e. desperationem, & alios dolores
inferni? Quod si etiam speciem obiectam ipsam per-
pendamus, facile impostura Caluini se proder. Quid
est n. species obiecta, q. Philosophus ille nugator in-
ducit? Vel est phantasma in parte imaginatrice, vel
species indita potētiē intelligenti. In sola imaginat-
rice facultate esse non potuit, quia spiritale malum ap-
prehendere Dominū fingit. Deinde ex ea poenas da-
mnatorū pertulisse assenti, at ille nō sunt errantis ima-
ginationis, sed iudicantis rationis. Deniq. Christum
miserica spiritus vt euasile victorē comminiscitur. At
si species in imaginatione sola consistit, nihil opus erat
lucta, nisi forte quemadmodū in somnatorū terrores
solent aliquando homines, ita & hanc specie Christum
disputit. At vero non est illa lucta vigilantis, nec ori-
tur ex imaginatione anxietas & dolor inferorū. Chri-
stus omnes dæmonū, hominumq. damnatorū inru-
ebatur supplicia: nec terrebaratur tamē, sed ea, vt diuinę
iustitię opera approbaret; nō igitur illorū apprehen-
sione, cogitatione in tātas animi incidit angustias, sed
opus erat, ut mente conciperet, ea imminere & iam
iāq. adesse iudicaret. Obiecta igitur menti species, fuit
si Caluino credimus, non impressa, ut apprehenderet
damnationem, sed expressa, ut ad se illā iudicaret per-
tinere. Confirmatur illa sententia, ex eo q. in Christo
omnis cognitio certa fuit, nulla in eo dubitatio, nulla
opinio. Nam actus cognitionis supernaturatus, vt po-
terum à Deo reuelatarum certissimus erat. Pari etiā
modo certus erat intellectu reū naturalium. Alo-
qui falli potuisset, & fallere. Quod concedi nō potest,
nisi totā scripturā in dubium vocare velimus. Omnia
igitur quae docuit certa fuerunt. Et ab eo direttore
certitudo scripturæ, & Ecclesię profecta est.

§. 7. Non possunt etiam illa coniungi ut sensu car-
nis apprehenderet exitium, Deum sibi iurātū, fide Deū
propitium. Nam eodem tempore certissimo credere
sibi esse propitium Deum, & inimicum existimare, est
eodē momento negare & affirmare: quod fieri nō
potest, ne in alijs quidē hominibus, nedū in Christo, potere non
fueratur ille beato Dei conspectu, nec minus certus
erat de mansura beatitudine, quā Angeli, nullo ergo
modo contrariū iudicare potuit, nisi priorē sententiā
concurteret, & mutaret. Carnalis etiam sensus cū ali-
ud iudicat, quam fides distat, eius certitudine enervit.

Fides

Christus
falsa species
non est de-
ceptus.

Non potius
esse species
falsa.

Certus esse
& dubitare
de eadē co-
re eodē mo-
mento non
potuit.

Fides Caluinistarum ipsis dicitur, se electos esse, cum vero aliqui hâsiratione, vel desperatione agitantur, non manet immotum certitudinis iudicium. Nam si quis fide Deum credat æternum, omnipotentem rerum conditorem, deinde Philosophicis argutis inductus, mundum cum Aristotele credat æternum, ingenerabilem, & incorruptibilem: priorem fidei veritatem, mendacio non modo concutit, sed abrogat, & refigit.

Nulla causa
fuit despe-
rationis.

Non igitur potuit ille error cum fide coniungi: imo nullus in mente Christi error esse potuit; non enim in illo lucta erat carnis & spiritus, sed omnia spiritus, caro enim perfectissime subdita erat spiritui. Verum nec causa vlla, nec species causæ erat, quæ rationalem animæ partem moueret, vt se à Deo putaret deuorum exitio. Nulla erant propria eius peccata, eratque suæ sibi innocentia optime conscius: eademque scientiâ tenebat, & illud, se ex eo quod vadē ac sponsorem se obtulisset, pro nobis, vt nostra debita dissolueret, non offendere patrem, sed honorare. Imo hoc suum opus patri esse gratissimum, ideoque se exaltandum, sibi que dandum nomen, quod est super omne nomen. Non ignorabat penas nobis debitas dependendas, sed quæ & quales essent iam definitum sciebat, inter eas sciebat, non esse illam, vt à patre odio haberetur, aut exitio deuoueretur. Cum ergo certo illi constaret, non esse vllam in se causam alienationis à Deo, manere omnes causas coniunctionis, non est illa obiecta species aliud, quam impiæ profanitatis Chimeræ in contumeliâ redemptionis excogitata. Quod si in Christo esse potuit, cum certissimâ, euidentissimâ scientiâ, de suâ, quam experiebatur, beatitudine, opinio seu iudicium carnis, quo se deuotum exitio indicaret, etiam esse in Caluinianis poterit: At illi omnē dubitationem ex animo penitus eiiciendam docent. Ita Pareus l. 3. c. 2. de iustificatione. *Certum ad fidem, omni ex parte formidinem deceptionis excludis.* Et Calu. in Sess. 6. Concilij Trident. c. 9. *Et sanè totam fidei naturam ignorant, qui in dubitatione miscent.*

Sanguine
non errore
Christi tu-
diminuitur.

§. 8. Tandem totum redemptionis mysteriū euacuat Caluinus: & sanguinem testamenti conculcat: cum docet, nihil actum morte corpore à nisi satis. ceret iusto iudicio, vt cum inferorum copis, æternæ, mortis horrere quasi consensu manibus luctaretur. Hinc occasio nata est Socinianis, alijque vt Christi sanguine nos redemptos negarent. At solus ille sanguis, est precium redemptionis, non modo sufficientissimum, sed etiam abundantissimum, in subsidia non vocat errores, falsas species, desperationem, hedum tartara. Absit hoc, vt scædus noui testamenti, errore & coactione testatoris, aut demonum pœnis sanciat. Redemit ille nos in sanguine, eo dealbati sumus, non corruptilibus auro vel argento redempti, hedum dubitatione redemptoris, sed sanguine agni immaculati. Satisfactum est Deo pro nobis, non coacto dolore filij, non fremitu quasi damnati, sed passione dilecti. Morte Christi, & sanguine nostra redemptio absoluitur. *Maiorem caritatem nemo habuit, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Et Rom. 5. *Commendat Deus caritatem suam in nobis, quoniam cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est.* Non ait damnati pœnas pertulisse. Pro nobis passum ait S. Petrus Epist. 1. c. 4. *nobis delinquentem exemplum in vt sequamur vestigia eius.* Exemplum relinquit, non desperandi, aut conquerendi, sed moriendi. Ideo addit: *Ch. isto igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini.* Augustinus l. 13. c. 14. *de Trinit. Vig. &c.*

Sic Ephes. 5. *Per hostiam corporis sui nos reconciliant.* Et 1. Pet. 2. *Qui peccata nostra in se pertulit in corpore suo super lignum, vt peccata mortui, iustitia viuamus: cuius amore satisfacti.*

Et Heb. 9. v. 14. *Quanto magis sanguis Christi, qui per*

spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, mundabit conscientiam nostram ab operibus mortui, ad seruandum Deo viuenti.

Cum igitur scriptura vniuersa oblationi corporis sanguinis effusioni salutem nostram ascribat, de penis inferorum nullam mentionem habeat, de penis audienda est noua hæresis, quæ hæc omnia nihil fuisse comminiscitur, nisi dolores inferorum in auxilium liberationis aduenissent. Mortem & sanguinem Pareus precium æquiualens esse docet. in c. 6. ad Corinthios. v. 20.

Hinc orta causa Socino, vt negaret Christum esse *ἀνθρώπον*. Et quamuis Heb. 2. 14. Paulus dicat nos *συνδύρασαν* per sanguinem ipsius. Socinus tamen negabat propriam redemptionem, præeunte Caluino, morte nihil actum, nisi cum mortis æternæ horrore luctaretur.

§. 9. Mors quæ sceleratis à Deo infligitur, duplex est; Temporaria, & æterna. Temporariam Deus inferri permisit, ad hoc enim venerat. Sed non ab ipso Deo inflicta est, nec iusta. Punientis Dei signa experitus est, in pœnâ tamen amantis, & patientis exaltationem per illa aspera molientis. Mors fuit sacrificij oblatio, Ephes. 2. quâ sublata sunt inimicitie inter Deum, & homines. Nec Hilarius de trinit. l. 4. & l. 2. c. 1. 3. cum manum conseruisse Christum cum doloribus inferni dicit: Vult significare eum tulisse damtorum dolores, sed diuina virtute contra eos tutum fuisse, non enim seruitium hostis illius ferimus, contra quem pugnamus, sed à quo vincimur.

Æternæ pœnæ nullam sustinuit partem. Nam illa post hanc vitam animæ torquentur, Christi animæ morte in manibus patris fuit: non deteriore conditione, quam latro, qui eadem die cum ipso fuit in paradiso. Latronis autem fidem illâ voce concutit vehementer necesse fuit, si Christum dubitantem de propriâ salute audiuit. Nonne occurrere illi debuit, aut potuit. Si hic derelictus est, & de salute dubitat, aut exitio se deuotum putat, qui nihil mali fecit, quid mihi futurum est latroni? Cur paradysum mihi promittit, qui se habiturum non credit? An in paradysum me inducet, ipse in ignem æternum icurus?

VERSVS 47. 48. 49.

Quidam autem illic stantes & audientes, dicebant: Eliam vocat iste. Et continuo currens vnus ex eis acceptam spongiâ impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cateri vero dicebant: Sine videamus, an veniat Elias, liberans eum.

QVÆSTIO I.

Quid milites audiat Christi voce fecerunt?

§. 1. **P**rimum Eliam vocari ab illo, vel calumniosè vel ignorantiâ lingue fingunt. *Ἐλίας* ista vocat Eliam. Nec tamen obicisse ei crediderim defectum à Deo: vt Caluinus interpretatur, imo hinc discimus Iudæos in ea fuisse sententia, & milites à Iudæis didicisse, defunctos in Domino in auxilium aliorum interdum vocari.

Queritur etiam Caluinus suorum dicta interdum calumnijs deprauari. [Ceterum si hodie tam conuicti Antichristi Rabulæ, quam domestici etiam nebulones, quæ à nobis rectè dicta sunt, suis calu-